



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 143. Rex morbo correptus, atque a Medicis derelictus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

res integra ad Senatum remitteretur. Verum ut res se habuerit, id pro comperto habemus, quod mortis sententia fuerit adornata: illius vero promulgatio, atque executio per sacratioris Consilii auctoritatem firmanda, fuerit dilata, usquedum Montmorantius Connestabilis, qui hanc ob rem advocatus, ac Cantillia profectus jamjam iter aggredebatur, advenisset; agebatur enim de eo pariter custodiæ dando, eoquod illum in idem cum Condæo crimen pertrahere studerent: Verum Connestabilis de hoc consilio admonitus, in itinere substitit, atque Aureliam venire renuit, nisi prius de hujus negotii exitu certior fieret.

Sæcul. XVI.
A. C. 1560.

§. CXLIII.

Rex morbo correptus, atque a Medicis derelictus.

Cum Aulæ Proceres in hisce comitiis Connestabilem Montmorentium præsentem magis vererentur, minus vero ejus adventum peroptarent, hinc nequaquam illum, ut iter acceleraret, urgebant: interea pridie, ut fertur, ante diem, in qua mortis sententia proxime exequenda adversus Condæum Principem ferebatur, Franciscus II. Galliarum Rex morbo correptus est; quippe die sexta Novembris, cum ad ventionem progressurus esset, repentinis,

Thuan. 3. 26.

Hist. Eccles. Tom. XLIII. K k iis

Sæc. XVI.
A.C. 1560.

Thuan. l.
La Popet.
l. 6.

iisque vehementissimis affligebatur doloribus, qui ex quadam tabe in capite putrefacta, ac per aures defluente excitati confestim nascebantur, unde de ejus salute jam tum conclamatum erat.

§. CXLIV.

Guifii ex Regis periculo consternati.

Hoc nuntio Guifii Principes ingenti terrore afficiebantur, veriti, ne sua inde auctoritate exciderent; quapropter rem astu aggressi Catharinam Francisci II. Matrem blanditiis sibi devincire, eique anceps, in quo ipsa versaretur, periculum exponere statuunt, hæc significantes: „Abs dubio Navarræ Rex, ac Princeps Condæus nullum „non movebunt lapidem, ut interitum „nostrum promoveant, nisi eos præventias: unicum vero hoc malum declinandi medium in hoc repositum est, „ut Rege adhuc vivente propriam ipsorum perniciem maturare satagasi; „dein se, suaque ad firmandam Reginæ auctoritatem simul offerebant, eo ex fine, ut supremam Regni administrationem eidem factam fervarent, quam, ut agebant, Rege vivis erepto quantocius amissura esset. Equidem Regina hoc sermone admodum territa potius lacrimis, quam verbis respondit, probe conscia, quod in hac funesta rerum vicissitudine undique sibi periculum impen-